

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9336

Auteur(s) : Herbert, Rennes (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1196

Lieu d'émission : Rennes

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Herbert évêque de Rennes authentifie le don à l'abbaye de Savigny du pré de Norrue, réalisé par Gautier de La Gretai et confirmé par ses fils Guillaume et Rivallon.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

D. Paris, BnF, n.a. lat. 2500, n° XCVII, p. 539. Copie du XXe siècle

Éditions principales

a. MORICE Hyacinthe, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sçavans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 726-727 (copie partielle).

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XCVII)

Texte d'après D

Herbertus Dei gracia Redonensis episcopus, omnibus qui litteras istas viderint vel audierint salutem in vero salutari. Venerunt ad presentiam nostram Willelmus de la Gretai et Rivallo frater ejus quorum pater Galterus scilicet de la Gretai, dum in extremis laboraret pro salute anime sue, abbatie Sancte Marie de Savigneio quoddam pratum juxta grangiam de Campoflori quod vocatur pratum de Norrue contulit, sed predicti filii ejus in salutis sue periculum ipsum pratum predictae abbatie diutius abstrahenda tandem saniori usi consilio et caritate pecuniaria ipsorum monachorum interveniente XXX videlicet solidos idem pratum in manu nostra ad usum predictae abbatie resignaverunt et in perpetuam elemosinam concesserunt, annuente et presente Laurentio predicti Willelmi filio. Pascherius preterea de la Gretai petitionem suam de prato supradicto eisdem monachis pro salute anime sue contulit in presentia nostra et per manum nostram presentibus duobus filiis ejus Raginaldo videlicet et Radulfo et consentientibus qui pascherius XXXV solidos similiter pro caritate habuit ex parte monachorum, in morte autem ejusdem Pascherii sepulturam monachalem et debitam obsequium monachi impendent et ejus corpus ad abbatiam dummodo per unam dietam id fieri possit cum suis sumptibus deferent et orationum et beneficiorum suorum fratrem et participiens in perpetuum habebunt res etiam ejus et possessiones in vita sua si necessitas immineat,

monachi apud se custodient et sicut suas fideliter conservabant. Ad petitionem autem ipsorum fratrum in ipsius rei munimentum et testimonium sigilli nostri impressione huic cartule duximus imprimendum. Testibus clericis nostris Bartolomeo canonico Redonensi, Bartholomeo Salinario, Guillelmo Britone diacono, Hugone presbitero de Cons de monachis autem Fulcone Franco ejusdem cenobii monaco, fratre Stephano, magistro tunc de Campoflori, fratre Odone tunc magistro de Vaus et pluribus aliis. Actum apud Redones in camera nostra anno Incarnationis dominice MCXCVI.